CAPITULUM I

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. Italia in Eurōpā est.
2. Gallia in Eurōpā est.
3. Italia et Gallia in Eurōpā sunt.
4. Arabia in Eurōpā nōn est.
5. Arabia in Asiā est.
6. Syria quoque in Asiā est.
7. Syria et Arabia in Asiā sunt.
8. Hispānia in Asiā nōn est.
9. Hispānia et Gallia et Italia in Eurōpā sunt.

Lēctiō I

est
sunt

EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Italia in Eurōpā est; Graecia quoque in Eurōpā est.
2. Italia et Graecia in Eurōpā sunt.
3. Estne Arabia in Eurōpā? Arabia in Eurōpā nōn est.
4. Ubi est Arabia? In Asiā est Arabia.
5. Arabia nōn est in Eurōpā, sed in Asiā.
6. Germānia nōn in Asiā, sed in Eurōpā est.
7. Rhēnus est in Germāniā. Rhēnus fluvius est.

et
fluvius
in
-ne
nōn
quoque
sed
ubi

EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Ubi est Rōma? ...

Rōma in Italiā est

2. Ubi est Italia? ...

Italia in Eurōpā est

3. Estne Graecia in Eurōpā? ...

Graecia in Eurōpā est

4. Ubi est Aegyptus? ...

Aegyptus in Āfricā est

5. Estne Hispānia in Eurōpā? ...

Hispānia in Eurōpā est

6. Estne Syria in Eurōpā? ...

Syria in Eurōpā nōn est

7. Ubi est Syria? ...

Syria in Asiā est

8. Estne Gallia in Asiā? ...

Gallia in Asiā nōn est

9. Ubi est Gallia? ...

Gallia est in Eurōpā

10. Estne Germānia in Eurōpā? ...

Germānia in Eurōpā est

ubi? in ...

est-ne? est
nōn est

ubi? in ...

est-ne? est
nōn est

EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Corsica īnsula est. Corsica et Sardinia īnsulae sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius fluviī sunt.
3. Brundisium oppidum est. Brundisium et Tūsculum oppida sunt.
4. Sicilia īnsula magna est.
5. Nīlus est fluvius magnus.
6. Brundisium oppidum magnum est.
7. Tūsculum nōn oppidum magnum, sed oppidum parvum est.
8. Melita nōn est īnsula magna, sed īnsula parva.
9. Tiberis nōn fluvius magnus, sed fluvius parvus est.
10. Rhēnus et Nīlus fluviī magnī sunt.
11. Sicilia et Sardinia īnsulae magnae sunt.
12. Brundisium et Sparta oppida magna sunt.

Lēctiō II

-us	-ī
-a	-ae
-um	-a

fluvius	fluviī
magnus	magnī
īnsula	īnsulae
magna	magnae
oppidum	oppida
magnum	magna

EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Sicilia īnsula est. Sicilia et Sardinia īnsulae sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius fluviī sunt.
3. Tūsculum oppidum est. Tūsculum et Brundisium oppida sunt.
4. Corsica et Sardinia īnsulae sunt. Sicilia quoque īnsula est.
5. Nīlus et Tiberis fluviī sunt. Dānuvius quoque fluvius est.
6. Sparta et Delphī oppida sunt. Brundisium quoque oppidum est.

fluvius est
fluviī sunt

īnsula est
īnsulae sunt

oppidum est
oppida sunt

EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Tūsculum nōn oppidum Graecum, sed oppidum Rōmānum est.
2. Sparta est oppidum Graecum.
3. Num Nīlus oppidum est? Nīlus nōn est oppidum.
4. Quid est Nīlus? Nīlus fluvius est.
5. In Arabiā nōn multī, sed paucī fluviī sunt.
6. Quid est Gallia? Gallia est prōvincia Rōmāna.
7. In imperiō Rōmānō nōn paucae, sed multae prōvinciae sunt.
8. Magnum est imperium Rōmānum.

Graecus
imperium
multī
num
paucī
prōvincia
quid
Rōmānus

EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Estne Aegyptus in Āfricā? ...

Aegyptus in Āfricā est

2. Estne Hispānia in Āfricā? ...

Hispānia in Āfricā nōn est

3. Ubi est Hispānia? ...

Hispānia in Eurōpā est

4. Num Arabia in Eurōpā est? ...

Arabia nōn est in Eurōpā

5. Ubi est Arabia? ...

Arabia in Asiā est

est-ne...? est
nōn est

num... est? nōn est

6. Ubi est Sparta? ...

Sparta est in Graeciā

7. Num Sparta īnsula est? ...

Sparta īnsula nōn est

8. Quid est Sparta? ...

Sparta oppidum est

9. Num Euboea oppidum est? ...

Euboea nōn est oppidum

10. Quid est Euboea? ...

Euboea īnsula est

11. Quid est Tūsculum? ...

Tūsculum oppidum est

12. Num Tūsculum oppidum Graecum est? ...

Tūsculum nōn est oppidum Graecum

13. Num Nīlus fluvius parvus est? ...

Nīlus fluvius parvus nōn est

14. Estne Crēta īnsula Graeca? ...

Crēta īnsula Graeca est

15. Suntne Rhodus et Naxus īnsulae Graecae? ...

Rhodus et Naxus īnsulae Graecae sunt

16. Suntne multae īnsulae in Graeciā? ...

in Graeciā multae īnsulae sunt

17. Suntne multī fluviī in Arabiā? ...

nōn multī fluviī sunt in Arabiā

18. Quid est Tiberis? ...

Tiberis fluvius est

EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. III numerus Rōmānus est. I et II numerī Rōmānī sunt.
2. 'Nōn' vocābulum Latīnum est. 'Nōn' et 'sed' vocābula Latīna sunt.
3. 'Gamma' littera Graeca est. 'Gamma' et 'delta' litterae Graecae sunt.
4. A et B litterae Latīnae sunt. C quoque littera Latīna est.
5. 'In' et 'num' vocābula Latīna sunt. 'Et' quoque vocābulum Latīnum est.
6. Ūnus [I] et duo [II] numerī sunt. Trēs [III] quoque numerus est.
7. In vocābulō 'Latīna' sunt sex [VI] litterae et trēs [III] syllabae:

syllaba prīma La-, secunda -tī-, tertia -na.

8. In capitulō prīmō sunt mīlle [M] vocābula.

Lēctiō III

duo
Latīnus
littera
mīlle
numerus
prīmus
secundus
sex
syllaba
tertius
trēs
ūnus
vocābulum

EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quid est B? ...

B littera est

2. Quid est II? ...

II numerus est

3. Quid est 'fluvius'? ...

'Fluvius' vocābulum est

4. Num C littera Graeca est? ...

C nōn est littera Graeca, sed littera Latīna

5. Num 'fluvius' vocābulum Graecum est? ...

'Fluvius' nōn est vocābulum Graecum, sed Latīnum

6. Estne D littera Latīna? ...

D est littera Latīna

7. Quid est 'delta'? ...

'Delta' littera Graeca est.

8. Suntne A et B litterae Latīnae? ...

A et B litterae Latīnae sunt

9. Num 'gamma' et 'delta' litterae Latīnae sunt? ...

'Gamma' et 'delta' nōn litterae Latīnae, sed litterae Graecae sunt

10. Num C littera prīma est? ...

C nōn littera prīma, sed littera tertia est.

11. Num A littera secunda est? ...

A nōn littera secunda, sed littera prīma est

12. Estne B littera secunda? ...

B littera secunda est

EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Italia in Eurōpā est.
2. Rōma in Italiā est.
3. Italia et Graecia in Eurōpā sunt.
4. Rōma nōn in Graeciā, sed in Italiā est.
5. Imperium Rōmānum magnum est.
6. In imperiō Rōmānō multae prōvinciae sunt.
7. Gallia est prōvincia Rōmāna.
8. In prōvinciā Galliā sunt multī fluviī.
9. 'Ubi' est vocābulum Latīnum.
10. In vocābulō 'ubi' sunt trēs litterae.

-a
in -ā

-um
in -ō

11. Capitulum prīmum: IMPERIVM ROMANVM.
12. In capitulō prīmō multa vocābula sunt.

EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

1. 'Fluvi|us' singulāris est. 'Fluvi|ī' plūrālis est.
2. 'Īnsul|ae' plūrālis est. 'Īnsul|a' singulāris est.
3. 'Oppid|um' singulāris est. 'Oppid|a' plūrālis est.
4. Singulāris: fluvius; plūrālis: fluviī.
5. Plūrālis: īnsulae; singulāris: īnsula.
6. Singulāris: oppidum; plūrālis: oppida.
7. Plūrālis: numerī; singulāris: numerus.
8. Singulāris: littera; plūrālis: litterae.
9. Plūrālis: vocābula; singulāris: vocābulum.
10. Singulāris: īnsula magna; plūrālis: īnsulae magnae.

Lēctiō grammatica

singulāris (sing./sg.)
plūrālis (plūr./pl.)

sing.	plūr.
-us	*-ī*
-a	*-ae*
-um	*-a*

11. Plūrālis: oppida magna; singulāris: oppidum magnum.
12. Singulāris: numerus Rōmānus; plūrālis: numerī Rōmānī.
13. Plūrālis: litterae Graecae; singulāris: littera Graeca.
14. Singulāris: vocābulum Latīnum; plūrālis: vocābula Latīna.
15. Plūrālis: exempla; singulāris: exemplum.

CAPITULUM II

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. Mārcus puer Rōmānus est; Iūlia est puella Rōmāna.
2. Iūlius est vir Rōmānus; Aemilia fēmina Rōmāna est.
3. Mārcus nōn puella, sed puer est.
4. Mārcus et Quīntus sunt puerī, nōn puellae.
5. Iūlius et Mēdus nōn puerī, sed virī sunt; Dāvus quoque vir est.
6. Nōn virī, sed fēminae sunt Aemilia et Dēlia; Syra quoque fēmina est.

Lēctiō I

vir	virī
fēmina	fēminae
puer	puerī
puella	puellae

EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Iūlius pater est. Aemilia est māter.
2. Iūlia fīlia est. Mārcus et Quīntus sunt fīliī.
3. Mārcus et Quīntus et Iūlia sunt trēs līberī.
4. Iūlia nōn māter, sed fīlia est.
5. Nōn pater, sed fīlius est Mārcus.
6. Mārcus fīlius Iūliī est: Iūlius est pater Mārcī.
7. Quīntus fīlius Iūliī est: Iūlius est pater Quīntī.
8. Iūlia fīlia Iūliī est: Iūlius est pater Iūliae.
9. Mārcus et Quīntus fīliī Aemiliae sunt: Aemilia est māter Mārcī et Quīntī.

pater
māter

fīlius
fīlia
līberī

Mārcus
pater Mārcī

Iūlia
pater Iūliae

Iūlius
fīlius Iūliī

Aemilia
fīlius Aemiliae

10. Iūlia fīlia Aemiliae est: Aemilia est māter Iūliae.
11. Iūlia est fīlia Iūliī et Aemiliae.
12. Iūlius est pater Mārcī et Quīntī et Iūliae .
13. Māter Mārcī et Quīntī et Iūliae est Aemilia.

EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Quis est Quīntus? Quīntus puer Rōmānus est.
2. Quis est pater Quīntī? Pater Quīntī est Iūlius.
3. Quae est māter Quīntī? Aemilia est māter Quīntī.
4. Quae est fīlia Iūliī et Aemiliae? Fīlia Iūliī et Aemiliae Iūlia est.
5. Quī sunt fīliī? Fīliī sunt Mārcus et Quīntus.
6. Quid est Tūsculum? Tūsculum oppidum est.
7. Quid est 'gamma'? 'Gamma' est littera Graeca.

quis?
quae?
quid?

quī?

EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

Exemplum:

Fīliī et fīliae = fīliī fīliaeque.

1. Litterae et numerī = litterae numerīque.
2. Mārcus et Quīntus = Mārcus Quīntusque.
3. Puerī et puellae = puerī puellaeque.
4. Fēminae puerīque = fēminae et puerī.
5. Servī ancillaeque = servī et ancillae.
6. Ūna fīlia duoque fīliī = ūna filia et duo fīliī.

...que = et ...

EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Mēdus nōn est fīlius Iūliī, Mēdus servus Iūliī est.
2. Dēlia nōn est fīlia Aemiliae, Dēlia ancilla Aemiliae est.
3. Iūlius dominus Mēdī est. Aemilia domina Dēliae est.
4. Dāvus et Mēdus nōn sunt dominī, sed servī.
5. Syra et Dēlia nōn sunt dominae, sed ancillae.
6. Iūlius dominus Dāvī est: Iūlius est dominus servī.
7. Iūlius dominus Dāvī et Mēdī est: Iūlius est dominus servōrum.
8. Aemilia domina Syrae est: Aemilia est domina ancillae.
9. Aemilia domina Syrae et Dēliae est: Aemilia est domina ancillārum.
10. Mārcus, Quīntus Iūliaque nōn servī, sed līberī sunt.

Lēctiō II

dominus
domina

servus	servī
servī	servōrum
ancilla	ancillae
ancillae	ancillārum
	līberī
	līberōrum

11. Iūlius dominus servōrum est et pater līberōrum.

EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Quis est pater Mārcī? ...

pater Mārcī est Iūlius

2. Quae est māter Mārcī? ...

Aemilia est māter Mārcī

3. Quae est fīlia Iūliī et Aemiliae? ...

Iūlia est fīlia Iūliī et Aemiliae

4. Quī sunt fīliī Iūliī et Aemiliae? ...

Fīliī sunt Mārcus et Quīntus

5. Quis est Mēdus? ...

Mēdus servus est

quis est...?
quae est...?
quī sunt...?

cuius? -ī
-ae

6. Quī sunt Mēdus et Dāvus? ...

Mēdus et Dāvus servī sunt

7. Quae est Dēlia? ...

Dēlia ancilla est

8. Quis est dominus servōrum? ...

Iūlius est dominus servōrum

9. Quae est domina ancillārum? ...

Aemilia domina ancillārum est

10. Cuius servus est Mēdus? ...

Mēdus servus Iūliī est

11. Cuius fīlius est Mārcus? ...

Mārcus est fīlius Iūliī

EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Iūlius est dominus multōrum servōrum.
2. Numerus servōrum est centum.
3. Aemilia est domina multārum ancillārum.
4. Numerus servōrum et ancillārum magnus est.
5. In familiā est magnus numerus servōrum et ancillārum.
6. Numerus līberōrum est trēs.
7. In familiā Iūliī est parvus numerus līberōrum.
8. In Graeciā est magnus numerus īnsulārum.
9. In Arabiā est parvus numerus fluviōrum.
10. In Italiā est magnus numerus oppidōrum.

-ōrum
-ārum

EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

Exemplum:

Multī/paucī servī = magnus/parvus numerus servōrum.

1. Multae īnsulae = magnus numerus īnsulārum.
2. Paucī fluviī = parvus numerus fluviōrum.
3. Multa oppida = magnus numerus oppidōrum.
4. Paucī līberī = parvus numerus līberōrum.
5. Magnus numerus vocābulōrum = multa vocābula.
6. Magnus numerus litterārum = multae litterae.
7. Parvus numerus exemplōrum = pauca exempla.

magnus numerus -ōrum
= multī -ī / multa -a
magnus numerus -ārum
= multae -ae
parvus numerus -ōrum
= paucī -ī / pauca -a
parvus numerus -ārum
= paucae -ae

EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quot servī sunt in familiā Iūliī? Centum [C] servī.

2. Mēdus et Dāvus duo [II] servī sunt.

3. Syra et Dēlia sunt duae [II] ancillae.

4. Tūsculum et Brundisium duo [II] oppida sunt.

5. Quot līberī in familiā sunt? Trēs [III] līberī.

5. In familiā nōn duae [II] fīliae, sed ūna [I] fīlia est.

7. In familiā nōn ūnus [I] fīlius, sed duo [II] fīliī sunt.

8. 'Vir', 'puer', 'puella' tria [III] vocābula sunt.

9. Rhēnus et Dānuvius et Tiberis trēs [III] fluviī sunt: duo [II] fluviī magnī et ūnus [I] fluvius parvus.

10. Brundisium et Sparta et Delphī tria [III] oppida sunt: duo [II] oppida magna et ūnum [I] oppidum parvum.

11. Sardinia et Sicilia et Melita sunt trēs [III] īnsulae: duae [II] īnsulae magnae et ūna [I] īnsula parva.

12. In Graeciā quot īnsulae sunt? In Graeciā sunt mīlle [M] īnsulae parvae magnaeque.

quot?

ūnus -a -um
duo duae duo
trēs tria

centum
mīlle

EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

1. Cornēlius: "Estne Mēdus fīlius tuus?"
2. Iūlius: "Mēdus nōn est fīlius meus."
3. Cornēlius: "Estne Dēlia fīlia tua?"
4. Iūlius: "Dēlia nōn est fīlia mea."
5. Cornēlius: "Suntne ancillae tuae Dēlia et Syra?"
6. Iūlius: "Dēlia et Syra sunt ancillae meae."
7. Cornēlius: "Quī sunt fīliī tuī?"
8. Iūlius: "Fīliī meī sunt Mārcus et Quīntus."
9. Cornēlius: "Quot servī sunt in familiā tuā?"

Lēctiō III

me|us -a -um...
tu|us -a -um...

10. Iūlius: "In familiā meā sunt centum servī. Numerus servōrum meōrum est centum. Familia mea magna est."
11. Cornēlius: "Centum servī! Magnus est numerus servōrum tuōrum!"

EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

1. Ecce duo librī Latīnī: liber antīquus [<> novus] et liber novus.
2. Numerus librōrum Latīnōrum magnus est.
3. 'LINGVA LATINA' est titulus librī tuī Latīnī.
4. In LINGVA LATINA sunt multae pāginae (pāg. 1, 2, 3, cēterae) et multa capitula (cap. I et II et III et cētera).
5. Numerus capitulōrum est magnus.
6. IMPERIVM ROMANVM est capitulum prīmum.
7. Titulus capitulī prīmī est 'IMPERIVM ROMANVM'.
8. In capitulō prīmō multa vocābula sunt.
9. Numerus vocābulōrum magnus est.

antīquus
cēterī -ae -a
ecce
novus
pāgina
titulus

liber	librī
librī	librōrum
capitulum	capitula
capitulī	capitulōrum

R = 'er'

10. 'Rōma' est vocābulum prīmum capitulī prīmī.
11. R est littera prīma vocābulī prīmī.

EXERCITIUM XII – EJERCICIO 12

Exercitium 12

1. 'Serv|us' vocābulum masculīnum est. 'Ancill|a' vocābulum fēminīnum est. 'Oppid|um' vocābulum neutrum est.

2. 'Puer' nōn est vocābulum fēminīnum, sed masculīnum.

3. 'Serv|us' et 'domin|us' vocābula masculīna sunt; 'fluvi|us' quoque vocābulum masculīnum est.

4. 'Ancill|a' et 'domin|a' vocābula fēminīna sunt; 'īnsul|a' quoque vocābulum fēminīnum est.

5. 'Oppid|um' et 'imperi|um' vocābula neutra sunt; 'exempl|um' quoque vocābulum neutrum est.

6. Masculīnum: vir Rōmānus.

7. Fēminīnum: fēmina Rōmāna.

8. Neutrum: imperium Rōmānum.

Lēctiō grammatica

masculīnum (masc./m.)
fēminīnum (fēm./f.)
neutrum (neutr./n.)

masc. *-us (-r)*
fēm. *-a*
neutr. *-um*

EXERCITIUM XIII – EJERCICIO 13

Exercitium 13

1. Iūlius pater Mārcī est: 'Mārc|ī' genetīvus est.

2. Iūlius pater Iūliae est: 'Iuli|ae' quoque genetīvus est.

3. Iūlius dominus servī est: 'serv|ī' genetīvus singulāris est.

4. Iūlius dominus servōrum est: 'serv|ōrum' est genetīvus plūrālis.

5. Aemilia domina ancillae est: 'ancill|ae' genetīvus singulāris est.

6. Aemilia domina ancillārum est: 'ancill|ārum' est genetīvus plūrālis.

7. Titulus capitulī est 'FAMILIA ROMANA': 'capitul|ī' genetīvus singulāris est.

8. Numerus capitulōrum magnus est: 'capitul|ōrum' est genetīvus plūrālis.

9. Genetīvus: singulāris: servī, plūrālis: servōrum.

10. Genetīvus: singulāris: ancillae, plūrālis: ancillārum.

11. Genetīvus: singulāris: capitulī, plūrālis: capitulōrum.

genetīvus (gen.)

	sing.	plūr.
masc.	*-ī*	*-ōrum*
fēm.	*-ae*	*-ārum*
neutr.	*-ī*	*-ōrum*

CAPITULUM III

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. In scaenā prīmā sunt trēs persōnae: Iūlia, Mārcus, Quīntus.
2. Iūlia cantat: "Lalla, lalla!" Iūlia laeta est.
3. Mārcus laetus nōn est, Mārcus īrātus est.
4. Mārcus Iūliam pulsat.
5. Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat.
6. Mārcus rīdet: "Hahahae!"
7. Iūlia: "Ubi est māter?" Iūlia Aemiliam nōn videt.
8. Iūlia Aemiliam vocat: "Mamma!"
9. Aemilia venit.

Lēctiō I

cantat
iam
īrātus
laetus
persōna
plōrat
pulsat
rīdet
scaena
venit
videt
vocat

EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Mārcus Iūliam pulsat.
2. Mārcus Quīntum nōn videt, sed Quīntus Mārcum videt.
3. Quīntus: "Quid? Mārcus puellam pulsat?"
4. Quīntus Mārcum pulsat, et Mārcus pulsat Quīntum.
5. Iūlia nōn videt Aemiliam.
6. Iūlia Aemiliam vocat: "Mamma!"
7. Mārcus īrātus Iūliam pulsat.
8. Iūlia: "Mamma! Mārcus mē pulsat!"

-um
-am
mē

EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. Iūlia cantat, et Mārcus eam pulsat!
2. Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat.
3. Iūlia Aemiliam nōn videt; Iūlia Aemiliam vocat.
4. Aemilia venit et interrogat: "Ubi est Iūlius?"
5. Mārcus respondet: "Pater dormit."
6. Quīntus Iūlium vocat.
7. Iūlius dormit neque Quīntum audit.
8. Mārcus rīdet, quia Iūlius nōn venit.
9. Aemilia Mārcum verberat.

Lēctiō II

-at
-et
-it

EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

Exercitium 4

1. Aemilia Quīntum interrogat: "Quis mē vocat?"
2. Quīntus respondet: "Iūlia tē vocat."
3. Aemilia interrogat: "Cūr Iūlia plōrat?"
4. Quīntus respondet: "Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsat."
5. Aemilia: "Mārcus puer improbus est! Ubi est Iūlius?"
6. Quīntus: "Pater nōn hīc est, sed Mārcus hīc est."
7. Quīntus Iūlium vocat; Iūlius eum [: Quīntum] nōn audit.
8. Mārcus: "Pater dormit neque tē audit."
9. Iūlius Quīntum nōn audit neque venit.
10. Aemilia Mārcum verberat: tuxtax!
11. Mārcus plōrat. Iūlius Mārcum audit; iam Iūlius nōn dormit.
12. Mārcus nōn puer probus, sed puer improbus est.

audit
cūr
dormit
eam
eum
hīc
improbus
interrogat
neque
probus
quia
respondet
tē
verberat

EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

1. Cūr Mārcus Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat quia Iūlia cantat.
2. Cūr Iūlia plōrat? Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat.
3. Cūr Mārcus rīdet? Mārcus rīdet quia Iūlia plōrat.
4. Cūr Iūlia nōn pulsat Mārcum? Iūlia Mārcum nōn pulsat quia parva puella est.
5. Cūr Aemilia venit? Aemilia venit quia Iūlia eam vocat.
6. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius eum nōn audit quia dormit.
7. Cūr Mārcum verberat Aemilia? Mārcum verberat quia puer improbus est.
8. Cūr Mārcus plōrat? Mārcus plōrat quia Aemilia eum verberat.
9. Cūr venit Iūlius? Iūlius venit quia Mārcum audit.

cūr...? ... quia

cūr Iūlia cantat? Iūlia cantat
quia laeta est

EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Mārcus Iūliam pulsat, quia Iūlia cantat.
2. Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsat.
3. Iūlia Aemiliam vocat. Aemilia venit.
4. Aemilia Quīntum videt et eum interrogat: "Quis mē vocat?"
5. Quīntus respondet: "Iūlia tē vocat."
6. Aemilia: "Ubi est Iūlius?" Aemilia Iūlium nōn videt.
7. Quīntus Iūlium vocat: "Pater!"
8. Iūlius Quīntum nōn audit.
9. Aemilia īrāta Mārcum verberat.
10. Mārcus plōrat, quia Aemilia eum verberat.
11. Iūlius Mārcum audit, et venit.
12. Iūlius Aemiliam et Mārcum et Quīntum et Iūliam videt.
13. Aemilia: "Mārcus puer improbus est."
14. Quīntus: "Mārcus parvam puellam pulsat!"
15. Iūlius īrātus puerum improbum verberat.
16. Iūlia est puella proba.

Lēctiō III

-us	-um	-at
-a	-am	-et
	eum	-it
	eam	
	mē	
	tē	

EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Puella quae cantat laeta est.
2. Puer quī puellam pulsat improbus est.
3. Iūlia, quae cantat, puella proba est.
4. Mārcus, quī puer improbus est, puellam et puerum pulsat.
5. Puella quam Mārcus pulsat est Iūlia.
6. Puer quem Mārcus pulsat est Quīntus.
7. Iūlia, quae parva puella est, Aemiliam vocat.
8. Aemilia, quam Iūlia vocat, venit.
9. Aemilia, quae māter est līberōrum, fīlium improbum verberat.
10. Fīlius quem Aemilia verberat est Mārcus.

-us quī	-um	-at
-a quae	-am	-et
		-it

-us quem	-us	-at
-a quam	-a	-et
		-it

11. Quīntus, quī fīlius probus est, Iūlium vocat.
12. Iūlius, quem Quīntus vocat, nōn venit.
13. Mārcus, quem Aemilia verberat, plōrat.
14. Iūlius, quī iam nōn dormit, puerum audit.
15. Puer quem Iūlius audit est Mārcus.

EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. Quis Iūliam pulsat? ...

Mārcus Iūliam pulsat

2. Quis plōrat? ...

Iūlia plōrat

3. Quis rīdet? ...

Mārcus rīdet

4. Quem Quīntus videt? ...

Quīntus Mārcum videt

5. Quem Iūlia vocat? ...

Iūlia Aemiliam vocat

6. Quis venit? ...

Aemilia venit

7. Quem Aemilia interrogat? ...

Aemilia Quīntum interrogat

8. Quis vocat Iūlium? ...

Quīntus Iūlium vocat

9. Quem Aemilia verberat? ...

Aemilia Mārcum verberat

10. Quis iam plōrat? ...

iam plōrat Mārcus

11. Quem audit Iūlius? ...

Iūlius Mārcum audit

12. Quem Iūlius verberat? ...

Iūlius Mārcum verberat

quis?	-us
	-a
quem?	-um
	-am

EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quis Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat.
2. Quis Mārcum videt? Quīntus Mārcum videt.
3. Quem Quīntus pulsat? Mārcum Quīntus pulsat.
4. Quis Aemiliam vocat? Iūlia Aemiliam vocat.
5. Quem Aemilia interrogat? Quīntum Aemilia interrogat.
6. Quis respondet? Quīntus respondet.
7. Quem vocat Quīntus? Iūlium vocat Quīntus.
8. Quem verberat Iūlius? Mārcum verberat Iūlius.

quis?
quem?

EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

Exempla:

Quīnt|us Mārc|um videt. Mārc|us Quīnt|um nōn videt.

Iūli|a Aemili|am vocat. Aemili|a Iūli|am audit.

1. 'Quīnt|us' nōminātīvus est. 'Mārc|um' est accūsātīvus.
2. 'Quīnt|um' accūsātīvus est. 'Quīnt|us' est nōminātīvus.
3. 'Iūli|a' nōminātīvus est. 'Aemili|am' accūsātīvus est.
4. 'Iūli|am' accūsātīvus est. 'Aemili|a' nōminātīvus est.
5. Nōminātīvus: Mārcus. Accūsātīvus: Mārcum.
6. Nōminātīvus: Aemilia. Accūsātīvus: Aemiliam.
7. Accūsātīvus: Iūlium. Nōminātīvus: Iūlius.
8. Accūsātīvus: Iūliam. Nōminātīvus: Iūlia.
9. Nōminātīvus: puer improbus. Accūsātīvus: puerum improbum.
10. Nōminātīvus: parva puella. Accūsātīvus: parvam puellam.

Lēctiō grammatica

nōminātīvus (nōm.)
accūsātīvus (acc.)

masc.
nōm. *-us (-r)*
acc. *-um*

fēm.
nōm. *-a*
acc. *-am*

CAPITULUM IV

EXERCITIUM I – EJERCICIO 1

Exercitium 1

1. I = ūnus.
2. II = duo.
3. III = trēs.
4. IV = quattuor.
5. V = quīnque.
6. VI = sex.
7. VII = septem.
8. VIII = octō.
9. IX = novem.
10. X = decem.

Lēctiō I

decem
duo
novem
octō
quattuor
quīnque
septem
sex
trēs
ūnus

EXERCITIUM II – EJERCICIO 2

Exercitium 2

1. Quot sunt II et II? II et II sunt quattuor.
2. Quot sunt III et III? III et III sunt sex.
3. Quot sunt IV et IV? IV et IV sunt octō.
4. Quot sunt V et V? V et V sunt decem.
5. Quot sunt II et III? II et III sunt quīnque.
6. Quot sunt III et IV? III et IV sunt septem.
7. Quot sunt IV et V? IV et V sunt novem.

2 + 2 = 4
3 + 3 = 6
4 + 4 = 8
5 + 5 = 10
2 + 3 = 5
3 + 4 = 7
4 + 5 = 9

EXERCITIUM III – EJERCICIO 3

Exercitium 3

1. In sacculō Iūliī pecūnia est.

2. Iūlius pecūniam in sacculō habet.

3. In sacculō eius [: Iūliī] multī nummī sunt.

4. Iūlius pecūniam numerat: "I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X."

5. Iūlius: "Quid? Decem tantum?"

6. Iūlius rūrsus pecūniam suam numerat: "I, II, III..... X."

7. In sacculō Iūliī nōn centum, sed tantum decem nummī sunt.

8. Iūlius: "Ubi est servus meus?" Iūlius servum suum Dāvum nōn videt.

Dāvus abest.

9. Mēdus nōn abest; Mēdus adest.

abest absunt
adest adsunt
eius
habet
numerat
nummus
pecūnia
rūrsus
sacculus
salūtat
salvē
suus
tacet
tantum

10. Dāvus venit. Iam duo servī adsunt; cēterī servī absunt.

11. Dāvus dominum salūtat: "Salvē, domine!"

12. Iūlius Dāvum salūtat: "Salvē, Dāve! Ubi est pecūnia mea?"

13. Davus nōn respondet: Dāvus tacet.

EXERCITIUM IV – EJERCICIO 4

1. Quot persōnae adsunt in scaenā prīmā? ...

trēs persōnae adsunt

2. Quot virī et quot fēminae adsunt? ...

duo virī et ūna fēmina adsunt

3. Quid Iūlius in sacculō habet? ...

Iūlius pecūniam habet in sacculō

4. Centumne nummī in sacculō sunt? ...

nōn centum, sed decem tantum nummī in sacculō sunt

5. Adestne Dāvus? ...

Dāvus nōn adest

6. Quot servī adsunt? ...

ūnus servus adest

7. Quis est servus quī adest? ...

servus quī adest est Mēdus

8. Quem vocat Mēdus? ...

Mēdus Dāvum vocat

9. Quem Dāvus salūtat? ...

Dāvus Iūlium salūtat

10. Quot servī iam adsunt? ...

iam duo servī adsunt

EXERCITIUM V – EJERCICIO 5

Exercitium 5

Exempla:

Iūlius pecūniam suam numerat.

Mēdus pecūniam eius [: Iūliī] habet.

1. Ubi est pecūnia Iūliī? Pecūnia eius in sacculō est.
2. Iūlius pecūniam suam in mēnsā pōnit.
3. Aemilia pecūniam eius [: Iūliī] videt.
4. Adestne servus Iūliī? Servus eius adest.
5. Iūlius servum suum videt.
6. Dāvus venit et dominum suum salūtat.
7. Dāvus sacculum suum in mēnsā pōnit.
8. In sacculō eius pecūnia nōn est: sacculus eius vacuus est.
9. Dāvus nūllam pecūniam in sacculō suō habet.
10. Iūlius ūnum nummum in sacculō eius [: Dāvī] pōnit.
11. Iūlius: "Sūme sacculum tuum!" Dāvus sacculum suum sūmit.
12. Mēdus nōn suam pecūniam, sed Iūliī in sacculō suō habet.

Lēctiō II

eius
suum -am -ō

pecūnia eius
pecūniam eius
sacculus eius
sacculum eius
in sacculō eius

pecūniam suam
sacculum suum
in sacculō suō

EXERCITIUM VI – EJERCICIO 6

Exercitium 6

1. Mēdus Dāvum vocat: "Dāve!"
2. Dāvus Mēdum interrogat: "Quid est, Mēde?"
3. Mēdus: "St! Tacē, Dāve! Dominus adest."
4. Servus dominum salūtat: "Salvē, domine!"
5. Dominus servum salūtat: "Salvē, serve!"
6. Iūlius: "Ubi est pecūnia mea, Dāve?"
7. Dāvus: "Ecce sacculus meus, domine."
8. Iūlius: "Discēde, bone serve!"
9. Iūlius Mēdum vocat: "Mēde! Venī, improbe serve!"

-e

EXERCITIUM VII – EJERCICIO 7

Exercitium 7

1. Iūlius Mēdum interrogat: "Ubi sunt nummī meī?" Mēdus nūllum verbum respondet.
2. Mēdus Dāvum accūsat: "In sacculō Dāvī sunt nummī tuī!"
3. Dāvus: "Ecce sacculus meus." Dāvus sacculum suum in mēnsā pōnit.
4. In sacculō Dāvī nūlla pecūnia est: sacculus vacuus est.
5. Dāvus servus bonus [= probus] est.
6. Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī pōnit.
7. Dāvus laetus sacculum suum sūmit et discēdit.
8. Quid Mēdus videt in mēnsā? Mēdus baculum Iūliī videt.
9. Mēdus baculum, quod in mēnsā est, videt et discēdit.
10. Mēdus discēdit, quia is pecūniam dominī habet.

accūsat
baculum
bonus
discēdit
ecce
is
mēnsa
nūllus
pōnit
quod
sūmit
vacuus

EXERCITIUM VIII – EJERCICIO 8

Exercitium 8

1. Iūlius: "Dāvum vocā, Mēde!"
2. Mēdus Dāvum vocat: "Dāve, venī!" Dāvus venit.
3. Mēdus: "Salūtā dominum!" Dāvus dominum salūtat.
4. Dominus: "Tacē et audī, serve!" Servus tacet et audit.
5. Dominus: "Respondē, serve!" Servus respondet.
6. Dominus: "Sacculum tuum in mēnsā pōne!" Servus sacculum suum in mēnsā pōnit.
7. Servus: "Vidē, domine: sacculus meus vacuus est." Dominus sacculum vacuum videt.
6. Dominus: "Sūme sacculum tuum et discēde!" Servus sacculum suum sūmit et discēdit.

[1]	-ā	-at
[2]	-ē	-et
[3]	-e	-it
[4]	-ī	-it

EXERCITIUM IX – EJERCICIO 9

Exercitium 9

1. Quot persōnae adsunt in scaenā secundā? ...

quattuor persōnae adsunt

2. Quem Mēdus accūsat? ...

Mēdus Dāvum accūsat

3. Quid Dāvus in mēnsā pōnit? ...

sacculum suum in mēnsā pōnit

4. Quot nummī in sacculō Dāvī sunt? ...

in sacculō eius nūllī nummī sunt

5. Estne Dāvus servus improbus? ...

Dāvus servus probus est

6. Cūr Dāvus laetus discēdit? ...

laetus est quia nummum habet

7. Quid Mēdus videt in mēnsā? ...

Mēdus baculum dominī videt

8. Adestne Mēdus in scaenā tertiā? ...

Mēdus nōn adest, sed abest

9. Cūr Mēdus abest? ...

... quia pecūniam dominī habet

10. Num Mēdus servus probus est? ...

Mēdus servus improbus est

EXERCITIUM X – EJERCICIO 10

Exercitium 10

Exempla:

Mēdus Dāvum vocat: "Dāv|e!"

Servus dominum salūtat: "Salvē, domin|e!"

1. 'Dāv|e' nōn nōminātīvus, sed vocātīvus est.
2. 'Domin|e' quoque vocātīvus est.
3. Nōminātīvus: Dāvus. Vocātīvus: Dāve.
4. Nōminātīvus: dominus. Vocātīvus: domine.
5. Vocātīvus: Mēde. Nōminātīvus: Mēdus.
6. Nōminātīvus: servus. Vocātīvus: serve.
7. Nōminātīvus: Mārcus. Vocātīvus: Mārce.
8. Vocātīvus: Quīnte. Nōminātīvus: Quīntus.
9. Nōminātīvus: -us. Vocātīvus: -e.

Lēctiō grammatica

vocātīvus (voc.)

nōm. *-us*
voc. *-e*

EXERCITIUM XI – EJERCICIO 11

Exercitium 11

Exempla:

Dominus: "Salūtā mē!" Servus dominum salūtat.

Dominus: "Tacē et audī!" Servus tacet et audit.

Dominus: "Discēde, serve!" Servus discēdit.

1. 'Salūtat' indicātīvus est. 'Salūtā' est imperātīvus.

2. 'Tacet' et 'audit' nōn imperātīvus, sed indicātīvus est.

3. 'Tacē' et 'audī' nōn indicātīvus, sed imperātīvus est.

4. 'Discēde' quoque imperātīvus est. 'Discēdit' indicātīvus est.

5. Indicātīvus: vocat. Imperātīvus: vocā.

6. Indicātīvus: videt. Imperātīvus: vidē.

7. Imperātīvus: pōne. Indicātīvus: pōnit.

8. Imperātīvus: venī. Indicātīvus: venit.

9. Indicātīvus: audit. Imperātīvus: audī.

10. Indicātīvus: sūmit. Imperātīvus: sūme.

11. Indicātīvus: -at. Imperātīvus: -ā.

12. Indicātīvus: -et. Imperātīvus: -ē.

13. Imperātīvus: -e. Indicātīvus: -it.

14. Imperātīvus. -ī. Indicātīvus: -it.

imperātīvus (imp.)
indicātīvus (ind.)

[1] imp. *-ā*
ind. *-at*
[2] imp. *-ē*
ind. *-et*
[3] imp. *-e*
ind. *-it*
[4] imp. *-ī*
ind. *-it*